



Jam sequuntur omnium
Ordinum & dignitatum *Viri Lite-*
rati ordine Alphabetico, ratio-
ne Cognominis.

A.

HENRICUS ALERS, *Bremensis*. Na-
tus 1636. d. 2. Novembris. Voca-
tus Scholæ Dessaviensis *Rector* 1663.
m. Sept. Revocatus Bremam, ut Illu-
stris Gymnasii Linguae Hebraeae *Pro-*
fessor Publ. & Pædagogearcha 1668. d.
29. Octobr. Inauguraliter dixit: *Hebraeae*
Linguae cognitionem solidæ Theologiæ
fundamentum esse ac basin. Electus
cœtus Mariani *Ecclesiastes* ordina-
rius 1674. d. 4. Martii. Habitâ con-
cione introductoria ex Epist. Pauli ad
Hebræos Cap. X. v. 19. 20. 21. 22. *Eme-*
ritus ab anno 1708. d. 18. Sept.

B

Johan-